









1703.

1<sup>a</sup> = Bodinus, Henricus : *De usuris pretiis non soluti*.

1<sup>b</sup> = Bodinus, Henricus, &c : *De usuris pretiis non soluti*.

2. Bodinus, Henricus : *No non praeforundis omnibus  
curationis ultimi morbi*.

3. Bodinus, Henricus : *De enjazis illicito*.

4<sup>a</sup> = Bodinus, Henricus. *De casu fortuito, a quasi  
unfructuoso non praestans*. 2 Sept.

5<sup>a</sup> = Bodinus, Henricus : *Recollatione sumptum statim*.

2 Sept. 1703 : 1743.

6<sup>a</sup> = Bodinus, Henricus : *Non expellendu conductore* 2 Sept.

7<sup>a</sup> = Bodinus, Henricus : *De rei vindicatione contra  
bonae fidei possessorem non competente*. 2 Sept.

8<sup>a</sup> = Bodinus, Henricus : *De non reguenda cedatitate  
reverentia*. 3 Sept. 1703 : <sup>1743</sup> 1743.

- 9<sup>a</sup>, 6<sup>o</sup> = Boettner, Iohes Henningus : De iustitia vocationis factae  
ad clamorem populi. 3 Sept. 1703, 1725 & 1736.
- 10<sup>a</sup>, 6<sup>o</sup> = Boettner, Iohes Henningus : De translatione Iomini in an-  
trach astimatione. 2 Sept. 1724 & 1732.
- 11<sup>a</sup>, 6<sup>o</sup> = Brummannus, Jacobus : De facturis statuum imperii  
cum exteriori 2 Sept. 1703 & 1740.
- 12<sup>a</sup>, 6<sup>o</sup> = Brummannus, Jacobus : De incrementis urbium forma-  
nicarum. 2 Sept. 1703 & 1736.
13. Buddens, Dr. Franciscus : De comparatione obligationum,  
quae ex diuersis hominum statibus oriuntur.
- 14<sup>a</sup>, 6<sup>o</sup> = Cellarius, Christophorus : Initia cultioris Germaniae  
... examinanda ... proponit. 2 Sept. 1703 & 1749.
- 15<sup>a</sup>, 6<sup>o</sup> = Gantzingius, Nic. Hieron. : De transactione, testamento  
Tatatis usi inscriptio. 2 Sept. 1703 & 1735.
16. Hoffmannus, Fridericus : De patentia diaboli in corpore.

- 17  
= Hoffmannus, Fridericus : De balsamo Peruano ejusque  
verbis et usq.  
18<sup>1st</sup>  
= Hoffmannus, Fridericus : De anatomia pullorum. 2 Saec.  
19<sup>2nd</sup>  
= Lederer, Dr. Fridericus : De coelitatu praedemoninum  
imposito. 3 Saec. 1703, 1739 & 1764.  
20<sup>3rd</sup>  
= Lederer, Dr. Fridericus : De jure et jurisprudentia  
Domestica. 3 Saec. 1703, 1711 & 1747.  
21. Schneider, Dr. Fritmann : De jure imaginum.  
22. Stahl, Georgius Enarras : De nature erraribus medicis.



~~6~~ Pri. 7. Num. 8.  
6 DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
<sup>DE</sup> 1703 5512  
**REI VINDICATIO-**  
**NE CONTRA BONAE**  
**FIDEI POSSESSOREM**  
**NON COMPE-**  
**TENTE,**

*Ad art 7. Tit. 2. Part. 2. Statut. Hamburgens.*

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO**

**WILHELMO,**

REGIÆ STIRPIS PRINCIPE ET MARCH-  
BRANDENB.

SUB PRÆSIDIO

**DN. HENRICI BODINI,**  
REGIMIN. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. CONSIL. GRAVISSIMI  
ET PROF. JUR. CELEBERRIMI,

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque jure honores capessendi

d. Jun. MDCCIII.

IN AUDITORIO MAIORI,

horis ante & pomeridianis

publicæ eruditorum disquisitioni subjicit


**NICOLAUS von Spreckelsen**

Hamburgensis.

KENFRIED  
UNIVERS  
ZV HALLE

HALÆ, Typis IOANNIS GRVNERI, Acad. Typogr.





## AD LECTOREM.



X eo quo ad Juris studium  
animum aplicavi, Juris vocabu-  
lum continuo mihi dubita-  
tionis ansam dedit, nec de cer-  
titudine justi iustitiae mecum  
convenire potui. Denique in  
hanc cogitationem incidi, ju-  
stum esse id quod voluntati  
Divinæ consentaneum, qua in opinione me con-  
firmavit historia Israëlitarum ex sacris literis inno-  
tescens, ex hac enim, si accurate judicare velimus,  
satis palam est, summam potestatem hominum &  
coercitionem, no nisi hominum prava & perversa  
voluntate Deo connivente & puniente, introdu-  
ctam esse. Deus enim facto pacto cum Abrahamo,  
renovato cum Jacobo, mox inde Moïsen vocabat,  
non ut voluntate ejus Israëlitarum Respublica re-  
geretur, sed ut per illum & Aaronem, quem ei ad-  
junxerat voluntas ipsius populo tuo electo decla-  
raretur. Sic in hoc Judæorum Reipublicæ statu

a

sed

sed DEUS erat Rex & Gubernator populi sui. Post mortem vero Moisæ & Aaronis Judicum quidem arbitrio omnia gerebantur, interim tamen in casibus arduis ad Thumim & Urim haud raro confugiebant, tanquam ad oraculum quo DEUS voluntatem suam palam faciebat, durante vero Judicum & Prophetarum regimine (nam ecclesiasticum & politicum regimen tunc temporis erat coniunctum) tempore Samuelis more gentilium Regem desiderabant. DEUS in pœnam ipsorum consentiens Saulum eligebat, qui ut omnes Theologi probabiliter & incerte judicant damnabili exitu decessit. Hoc defuncto David dudum electus populo præsentabatur & unctionem a propheta accipiebat. Hunc sequebatur filii ipsius, Salomon qui vocatur sapientissimus, Rehabeam quorum non nulli injustas leges ferebant pessimamque vitam gerebant. His omnibus consideratis inde sequitur potestatem imperantium introductam esse non absoluta divina voluntate sed consensu. Objecies exemplum ex Genesios X. v. 8. 9. Ubi de Nimrodo dicitur: Er steng an ein gewaltiger Herr zu seyn auf Erden/ und war ein gewaltiger Jäger für den HErrn ic. Sed nondum concessum est Nimrodum fuisse Monarcham, probabilius potius est bestias illum fuisse insequutum, nam hominibus, si simili modo insidias illis struxisset, haud difficile fuisset sese opponere, vel ob eximiam ipsius fortitudinem adversus eum se congregare. Posito vero subegisse illum hoc modo gentes, quio vulgo creduntur, inde non sequitur hoc esse factum ex absoluta

vō-

voluntate Divina', sed potius, damnabili impe-  
randi aviditate Nimrodi, divina permissione. Cum  
autem Imperantium voluntas semper summa lex sit,  
cui, licet à voluntate & Jure Divino nonnunquam  
discrepet, obedire mortales coguntur, haud absurdum  
dubitari poterat, quid sit justum quidve injustum, &  
cuinam horum potissimum sit obediendum, si v. gr.  
Jure Divino in furtu pœna quadrupli obtinebat,  
jure humano suspedio plectitur. In homicidio  
Juri Divino pœna capitalis erat constituta, in Ju-  
re Polonico pecuniaria sufficiebat. Sæpe etiam lex  
scripta & non scripta sibi invicem contrariantur,  
imo consuetudines inter se non conveniunt, quin in-  
terdum sint irrationabiles. Interim tamen hæc omnia  
nomine Juris veniunt, & legem faciunt, unde illa  
legum congeries, quam Corpus Juris vocant,  
merito, confusum chaos diversarum voluntatum  
imperantium, appellari deberet. Hoc veteribus  
Juris-Consultis dirum & execrandum auditu fuisset,  
hi enim operam omnem impendebant, ut con-  
ciliatione, combinatione, & interpretatione con-  
trarietatem legem & absurditatem, nonnunquam  
etiam iniquitatem legislatorum tegerent. Crede-  
bant enim Principem non posse errare, nec inju-  
stas leges ferre, unde tot glossæ & glossarum glossæ  
in lucem propalatae, ut moderni juris consulti  
opiniones illorum eradicare & annihilare vix va-  
leant, falsæ enim interpretationis veterum Juris-  
consultorum tanta vis fuit, ut non nullis in locis  
legem fecerit. Cum igitur impossibile sit secundum  
leges & voluntatem legislatoris judicare, in casis  
bus

bus obvenientibus, si de illa non certo constet, haud  
exigua Juris prudentiae pars erit interpretatio, quare  
etiam hac in parte praesens specimen elaborare &  
edere volui, præsertim quia in statutis Patriæ textum  
quendam inveni, qui à quam plurimis Juri com-  
muni contrarius judicabatur. Sublata interim est  
hæc contrarietas & quantum fieri poruit cum Jure  
Civilis Romano conciliatus est. Quam meditatio-  
nem ut Benevolus Lector meliorem in par-  
tem accipiat, valde rogo, eumque  
valere jubeo.



I.N.D.N.J.C.



I. N. D. N. J. C.

## CAPUT I. THES. I.

Ostquam innatæ cupiditates ad Dominium  
omnes homines pervenerunt, & qualejam est,  
proper aliorum malitiam magis <sup>non est ex in-</sup>  
<sup>re naturæ sed</sup> gentium moribus ex communione <sup>ex malitia</sup>  
indigentia, quam ipso divino or-  
dine, dominium, ratione aliorum  
privativum, introductum est, ne-  
cessarium fuit pro utilitate publi-  
ca certis limitibus variis legibus & conventionibus  
inter privatos illud includere, ut unusquisque eo <sup>Ideo legibus</sup>  
magis certus esse possit, quo usque rerum externa-<sup>positivis in-</sup>  
rum dominium respectu tertii, effectum juris (i. e. co-<sup>cludendum</sup>  
actionis publicæ) habere possit, & non arbitrio judi-  
cantis incerto ac vago relinquatur, de fortuna alteri-  
us pro libitu disponere, vid. Struy. Synt. J. Civ.  
Exerc. I. Th. IV. Cum verò potissimum unusquisque <sup>etiam privatè</sup>  
que rerum suarum moderator ac arbiter sit, ac inde <sup>de rebus suis</sup>  
pacta contractibus legem dare dicantur, quemad-<sup>leges condere</sup>  
modum materia de conventione commissoria, in-<sup>possunt.</sup>  
scribitur de Lege Commissoria, & sic privatorum

A. 2

con-

conventiones, quatenus saluti publicæ ejusque publico Juri non derogant, non minus ac Leges attendendæ sint, imo illud quod alias Jure communi introductum immutare possint. Simul quoque verba faltem sint indicium mentis, de cuius voluntate si ex factis aliove modo constet, nihil refert. Sequitur quod de causis privatorum cives inter se, vel certa conventione vel communibus suffragiis aut factis, *quod applicatur, ad statuta contra Doctorum opinionem.* jura sibi introducere queant, L. 32. §. 1. ff. LL. Ut sic DD-male statuant, statuta civitatum, non aliter valere quam si à superiore expresse sint confirmata, & consuetudines, demum ex tacito consensu Superioris, autoritatē accipere. Potius secundum allegata verba dict. L. 32. verisimum manet, nihil (scilicet in causis privatorum) interesse, suffragiis seu expressis conventionibus, an rebus ipsis aut factis, *civitates municipales & Collegia opificum validè statuta condunt, sine confirmatione superiorum.* populus voluntatem suam declaraverit. Unde non tantum civitates de rebus ac negotiis civium inter se, sed & collegia opificum, de negotiis conservacionem collegii ac opificium concernentibus, recte Statuta condunt, eosque valitura, donec vel alia lege superioris, vel nova conventione, aut diuturna desuetudine, quoad futurum, abrogata, aut utilitati publicæ contraria probentur, quo collimant Recessus Hamburgenses art. 44. Van Amtt-Böckern Rullen und Recessen, enjus verba ita se habent: Alle Amtt-Böke/Rullen/Recessen, und Vorsegelinge / so den Emptern vormhalen gegeven / und oek doch de Ampten in bygelegen / Steben underma lekander geschlaten sin / de nicht wedder Gottes Wort und Befehl dñser Stadt-Böke / wolhergebrachte redliche Gewohnheiten / gegen dñse Recesse, und meinen

meinen Besten sin / de scholen by dñren Werden bli-  
ven / so lange weß anders durch einen Erbarn Raht/  
gemeine Börgere und Inwahner / offte ehre Veror-  
dente dñser guden Stadt vordragen wert.

Unde, dum in civitate quadam collegium sarto- *quod in certis  
rum, contra aliquem novitium ejus collegii, in cæ- casu illustra-  
terorum perniciem maximum quæstum ad se tra- tur.  
hentem, statutum collegii ejus allegabat, dñs kein  
Meister mehr als zwey Gesellen und einen Jungen  
auff die Werkstatt zu bringen besugt seyn solte/damit  
die übrige Junft Brüder jeglicher auch seine Nah-  
rung haben könnte. Hoc verò statutum à Principe  
illius territorii expresse confirmatum non invenie-  
batur, recte pronunciatum fuit, dictum novitium  
nihilominus ad statuta illius collegii observanda  
obligari, quamdiu à Principe illud statutum abroga-  
tum non fuit, eo quod per associationem tacite  
omnibus juribus collegii sese submiserit, ac nec  
fingi possit ulla societas vel collegium sine singula-  
ribus illius societatis legibus. Ut sic Princeps vel  
alius superior, eo ipso, dum jus certi corporis vel  
collegii sociis quibusdam concessit, aut confirma-  
vit, simul quoque jus condendarum legum quoad  
negotia ejus opificii vel collegii concederit, ut so-  
lenni confirmatione circa talia denuo opus non  
sit, secus si & alii extra illud collegium illius rei pu-  
blicæ subditi per ejusmodi statutum obligari debe-  
rent, hoc enim sine publica autoritate eorum penes  
quos est legum ferendarum summa potestas, fieri  
non potest; Sicuti quoque ex superiorum arbitrio  
dependet, justa ex causa inferiorum collegiorum*

A 2 statu-

statuta in futurum obrogare, manente tamen obli-  
gatione collegiorum ratione præteriti.

THE S. II.

*Civitas leges  
juri communis  
contrarias  
ferre potest.*

*Schopus hu-  
jus Disputa-  
tionis.*

*Dispositio.*

Ex his deductuatis facile sequitur, quod socie-  
tas civilis perfecta, quam politici civitatem voca-  
re solent, de negotiis & rebus civium privatis, ut &  
de publicis totam universitatem concernentibus,  
leges recte condere possit, omnes cives illius civi-  
taris obligaturas, quamvis juri communis alias con-  
trarii videantur, uti retro dictum, eo quod vel  
communibus suffragiis vel tacita conventione, om-  
nes & singuli cives juri alias competenti renuncia-  
verint, & statutis illius loci sese submiserint. Quapro-  
pter occasione statuti liberæ civitatis Imperialis  
Hamburgensis part. II. Tit. 2. Art. 7. loco inaugura-  
lis disquirere constitui, quatenus vero Domino rem  
luam à tertio possessore vindicare, denegari possit,  
verba statuti ita se habent: welcher Mann dem an-  
dern leihet / sein Pferdt / Kleid oder was es vor Gut  
sey / und auss wasserley Weise er das aus sein Weh-  
ren lässt mit seinem Willen / und verkauft es der je-  
nige der es in seinen Wehren hat / oder versezet er  
dasselbe / oder wird es ihm abgeraubet oder abgestoh-  
len / so mag derjenige der es erstlich verliehen oder ver-  
sezet hat darauf wieder den Einhaber desselben / wo-  
fern derjenige solches mit guten Titul an sich ge-  
bracht keine Foderung haben / sondern muss sich des-  
wegen an denselben / welchen er es geliehen oder ver-  
sezet hat / oder so derselbe verstorben / an dessen Erben  
halten. Ut autem hic ordine & distinctius proce-  
dam, primo simplici interpretatione, verba ac ge-  
nuinam mentem hujus statuti investigabo: Secun-  
do,

do, in quo hoc statutum à jure communī differat re-  
censebo, ejusque æquitatem defendam. Et tertio  
denique obstantia removebo, idque succincta bre-  
vitate.

THE S. III.

Circa interpretationem simplicem dicti statuti  
primo occurrit æquivoca Germanorum phrasis, ei-  
nem andern etwas leihen / quod promiscue adhiberi solet in omnibus illis negoziis ubi res meā citra do-  
minii translationem voluntate mea in alterius de-  
tentionem, usum, vel custodiam pervenit. Ut sic  
contineat præcarium, mutuum, commodatum, pi-  
gnori datum &c. Quæ quidem jure Romano, sicuti  
distinctam habent formam, distinctis quoque voca-  
bulis & nominibus exprimuntur, cum conveniens  
visum fuerit singulas causas singulis appellacionibus  
distinguere juxta §. 5. Inst. quib. mod. Teflām. in-  
firm. ac ex æquivocationibus facile cavillationes Ju-  
ris oriri possint. Quæ accurata distinctio, propter  
penuriam vocabulorum, germanico idiomate non  
semper observari potest, quemadmodum e.g. tam  
tutores quam curatores, licet distincta sint horum  
officia, germanice generaliter vocantur **Vormün-  
der**. Quales æquivocationes in aliis materiis quo-  
queoccurrunt, quæ tæpe ansam prolixis controve-  
siis ac processibus dederunt. In nostro verò statu-  
to ex verbis sequentibus appareat, quod vocabulum  
leihen / hic in prædicto generaliori sensu, ut omnes  
species juxta germanicum idioma contineat, adhi-  
beatur, dum adjectum auff wasserley Welle er das  
aus seinem Wehren lässet. Porro hisce verbis sein  
Pferdt/ Kleid oder was es vor Gut sey / tam per vo-  
cabu-  
non agere de-  
significatio  
verbileihen  
in allegato  
Statuto.  
Demonstratur  
statutum  
non agere de-

*immobilibus, cabulum sein / proprietas ac dominium , quam per  
sed bonis mo-  
bilibus tan-  
tum.*

reliqua denotatur , hoc statutum de rebus mobilibus tantum intelligendum esse. Ut sic , si v.g. conductor ædium, mandatarius, curator , aut negotiorum gestor , rem immobilem in alium transtulerit , ex inde domino rei vindicationem non denegari , neque enim hæc verba was es vor Gut sey / ob etymologiam generalitatem in hoc statuto ad immobilia extendi poslunt , propter deficientem rationem in ipso statuto allegatam , juxta vulgare illud logicorum : Talia sunt subiecta , qualia permittuntur à suis prædicatis ; Additur autem , de talibus rebus hic agi weisse einer aus seinen Wehren läßet / und es ein ander in seinen Wehren hat / der es anderwerts hinbringen / oder ihm abgeraubet oder abgestohlen werden kan. Quæ omnia de rebus mobilibus tantum prædicari possunt , cum rerum immobilium furtum fieri non dicatur , arg. 1.38. de usurpat. 25. ff. H. de furtis §. 2. I. de usu cap. Et phrasis in seinen Wehren haben/ idem est in seiner Gewahrsam seu custodia detinere , quod proprie de immobilibus non dicitur. Unde rerum immobilium depositum non contrahitur , sed harum custodia mandatum vocatur , nec dici potest , daß solch Gut in des dententoris Wehren seyn / secus ac Dn. Schilt. Exercit. ad ff. H. 25. §. 6. vocabulum hujus statuti aus seinen Wehren läßet de translatione domini revocabilis explicat. Sequitur vocabulum verbi mit sei mit seinen Willen / pro quo non substituendum mit nen Willen. jenes Willen/uti vult Dominis Schilter. allegato loco §. 7. Neque in generalitate sua includunt si quoconque modo voluntas domini supervenerit , uti e.g. in §. 8. Inst. de Obligationibus qua ex delicto nascuntur , dicitur fur-

furtum volente domino non fieri, sed hac phras<sup>i</sup> de-  
notatur, quod Dominus fidem alterius secutus, ju-  
sto titulo detentionem rei in alterum volens transtu-  
lerit, & per hoc concessisse videatur, quod illam rem  
à nullo alio quam ab eo cui concessa fuit, repetere ve-  
lit. Nec enim illa verba oder würde es ihm abgerau-  
bet oder abgestohlen / ad pristinum verum dominum würde es  
sese referunt, indeque contradictionem cum prio. ihm abges-  
ribus mit seinem Willen / involvunt, sed adjecta illa rauber oder  
würde es ihm abgeraubet oder abgestohlen/ cum pro-  
ximè antecedentibus conjungenda, hoc sensu: si  
possessor, qui rem justo titulo à vero domino in usum,  
custodiam, aut detentionem accepit, postea illam  
vel volens vel etiam invitus amiserit, exinde domi-  
no contra tertium bonæ fidei possessorem rei vindi-  
cationem denegari. Porro hæc verba wosfern der-  
selbe (i.e. Einhaber) solches mit gutem Titul an sich  
gebracht / limitationem continent, quod quidem pri-  
mit gutem Titul &c.  
stinus dominus à fure vel prædone res suas aliis con-  
cessas vindicare & condicere possit; non vero à ter-  
tio bonæ fidei possessore, qui rem titulo ad dominium  
transferendum habili tenet. Imo cum hæc phrasis  
an sich gebracht translationem dominii denotet, non  
videtur dominus hic prohiberi ab illis res suas vin-  
dicare, qui forte scientes esse alienas, easdem tantum  
commodatas, depositas, conductas, aut pignori da-  
tas, ab illo acceperunt, cui dominus illas res sponte  
concesserat, dummodo obligationi personali ejus,  
cujus fidem circa illam rem secutus fuerit, satisfaci-  
at, sed ad hic absolute denegaram rei vindicationem contra verum  
semper requiri casum bonæ fidei possessoris, qui scil. autem bone  
rem animo sibi habendi possidet, juxta §. 35. Inst. de fidei posse-  
R. D. rem, rei vin-

B

*dicatio non  
competit.*

R. D. sc. da es der Besitzer von einem andern oder dritten / dem es versezt oder gesehren worden / gekauft oder auf eine andre Weise / zu Erlangung des Eigenthums an sich gebracht. Cui non obstant verba statuti verkauft es derjenige der es in seinen Wehren hat / oder versezt er dasselbe ic. si enim prius factum, quod possessor rem emptam teneat , juxta prædicta salva res est, cum talis sit verus bonæ fidei possessor, si pignori acceperit, etiam possessio ipsi non deneganda, donec eidem de credito satis fiat l. 2. §. 10 Comm. Div. l. 35. §. f. 1. 40. princ. & §. 1. ff. de pignoratit act. l. 31. de Aequirendo rerum dominio. Quamvis sequentia de denegata rei vindicatione , commodissime etiam intelligantur, de novo tertio possessore , qui rein licet à primo detentore furto aut rapina ablata , bona fide comparavit. Ut sic verus sensus hujus statuti hic esse videatur , quod si quis ex justo aliquo titulo , rem suam mobilem , alicui concesserit , & ita pro recuperanda illa re , fidem detentoris secutus fuerit , hic vero illam rem sponte in alium transtulerit , vel sua culpa amiserit , contra terrium bone fidei possessorem , pristino Domino rei vindicationem non competere , non quod dominium per commodatum translatum censeatur , aut quod illa verba , und es ein ander in seinen Wehren hat / speciale pactum translationis dominii involvant , uti vult Schilt. alleg. loco , sed quod titulum ab ipso domino habens , ejusque successor , actione personali satis devinctus sit Domino satisfacere , & iniquum videatur , huic insuper actionem ad ipsam rem recuperandam concedere , quo facile idem bis consequeretur Quod quomodo juri communni conveniat , nec ne? in sequentibus videbimus.

*verus sensus  
statuti*

THE.

## THES. IV.

Per jus commune præter jus Romanum ac Cæ-*Convenientia*  
fareum etiam intelligi antiquos Germanorum mo-*JURIS antiqui.*  
res ac Leges, dubium non erit; & cum veteres Ger-*Germanici*  
mani antiqua fide omnia peragi voluerint, ac ad  
promovenda commercia utilissimum censuerint,  
rem mobilem à detentore tuto comparari pos-  
se, nisi ipso domino furto similive modo ablatæ fue-  
rint, tam jure Suevico quam Saxonico similes  
constitutiones de personali obligatione prosequen-  
da, & deneganda contra tertium actione, proditæ  
sunt, quas antiquas constitutiones Germanicas eru-  
dite recensuit laudatus Dominus Schiltcr *dicitur exer-*  
*cit. ad ff. tit. de commodato.* Neque etiam hoc, juri Ro-*ni & juris*  
mano (uti vulgo creditur) contrarium est, ex quo *Romani*  
non tantum actio contra tertium denegatur, si sal-  
vam actionem contra detentorem habeat. *vid. §. 14.*  
*Inst. de Obl. que ex Delicto nascuntur,* sed etiam commu-*communis*  
nis tantum est D. D. error, rei mobilis translatio-*D.D. error re-*  
nem dominii vel usucaptionem, à non domino pro-*futatus*  
cedere non posse, nisi in solo casu §. 4. *Inst. de usucap.*  
*Si sc. heres rem defuncto commodatam &c. illam bona fide*  
pro sua vendiderit &c. cum tamen hic casus ibidem  
tantum exempli gratia recenseatur, ac alias casus  
non excludat, (quod ex inspectione ejusdem facile  
apparebit), potius ex §. 7. *Inst. de furtis manifestum*  
est, quod sine animo furandi furtum non committat-  
tur, ac per consequens si creditor pignus, vel commo-  
datarius aut depositarius rem vendiderint aliove mo-  
do in aliud transtulerint, credentes hoc vel non in-  
vito domino, vel jure suo fieri, illud extra crimen vi-  
deri, nec domino contra tertium possessorem actionem  
competere, cui semper exceptio ex contractu,

B 2                    e i u s

*lin itatio sta  
tuit.*

ejus qui rem ab ipso domino accepit, obstat. E.g.  
ein Kauffmann leihet von dem andern zu einer ge-  
wissen Reise ein Pferd oder andere bewegliche Gü-  
ter/ wie er aber Gelegenheit findet / solches besser mit  
Vortheil losz zu schlagen / als den vorigen Herrn wies-  
der zu liefern/ verkaufft er solches in versicherter Mey-  
nung der vorige Dominus, dem solche Sache ohne  
dem seil gewesen/ werde zufrieden seyn/ wenn er billige  
Bezahlung davor bekomme / und den übrigen  
Vortheil ihm nicht mißgönnen. Fraget sich ob hiedurch  
ein furcum begangen sy/ oder dem Domino contra  
tertium possessorem eine action zusiehe? Prius in di-  
cto §. 7. negatur, posterius tum demum conceditur  
si commodatarius similis ve detentor plane solven-  
do nonsit, ac Domino aliter satis fieri non possit, vel  
ipsa res non apud bonæ fidei possessorem reperia-  
tur arg. §. 15. in ff. Inst. de Obl. quæ ex delict. nasc. Unde  
eriam statutum nostrum eandem hanc limitationem  
ex jure communi recipiet, uteousque actio contra  
tertium possessorem domino non concedatur, quo  
ipsi actio efficax contra illum in quem ipse rem tran-  
stulit, salva sit, si enim hic non inveniatur solvendo  
esse, tunc ex æquitate domino succurrentum, ut il-  
lam rem etiam à tertio vindicare possit; statuta enim  
quantum fieri potest ex jure communi supplenda;  
præprimis ubi ratio statuti, (uti hic) cessat. vid.  
Meischner. Decis Cam. 20. n. 17. § 40. Sixtin. Vol. 2. Con-  
sil. Marpurg. 9. n. 88. & seqq.

THES. V.

*Æquitas bu-  
jus dispositio-  
nis*

Cum ergo æquitas hujus constitutionis in eo  
consistat, quod ad promovenda commercia inter ho-  
mines, res mobiles vel harum æstimatio ab eo peten-  
dæ

dæ sint, ejus fidem ipse dominus circa illam rem se-  
cutus fuit; ita ut si hic bona fide rem illam in alium  
transstulerit, veram ejus estimationem præstare te-  
neatur, si mala fide possessionem ejus amiserit, do-  
minus ad juramentum in literam affectionis admittat-  
tur, l. 68. vers. si vero ff. d. d. R. V. l. 16. §. 3. d. pignor. l. 25.  
§. 20. d. petit. hered. l. 5. §. 2. ff. ad exhib. ac ita Dominus  
omni modo indemnus servetur, nec concedendum  
ut hic eandem rem ab alio bonæ fidei posseffore pe-  
tit, quo facile bis consequi posset, præsertim, si ille  
cui dominus rem primo concesserat, & qui forte ejus  
rei nomine domino satisfecerat, (quod possessor fa-  
cile ignorare potest mortuus sit.) E contra non leve  
damnum commerciis inferretur, si à fide dignis ho-  
minibus, res, quas in possessione habent, tuto compa-  
rari non possint, præsertim quod in mobilium com-  
paratione stipulationes de evictione interponi non  
soleant; ac inde actio ad evictionem, potissimum  
de rebus immobilibus introducta sit; ideo non dubi-  
tandum, quin etiam citra tale speciale statutum, de  
jure communi quoque eadem decisio locum inve-  
nire debeat. pro confessu enim supponimus, non  
competere actionem in causa privata, nisi in quan-  
tum actoris interest; juxta pr. j. d. act. ubicunque  
ergo illud, quod sua interest, ipsi restitui ab eo  
cujus fidem ipse circa illam rem elegit, ac sponte ean-  
dem alteri creditit, consequi potest, ibi actio contra  
tertium, qui justo titulo rem habet, merito denegan-  
da, cum ipsi semper obstat exceptio, tua non inter-  
est; Quod prolixè illustratur §. 13. & seqq. Inst. de Obl.  
qua ex delicto nascunt: ita quamvis in l. i. & 12. pr. &  
§. 1. ff. de condic. furtiv. l. 14. §. 16 ff. de furtis clare di-

B 3 sposi-

spositum sit, conditionem furtivam tantum domino competere, tamen in l. 12. §. f. junct. l. 25. §. 1. ff. de furtis & l. 22. pr. de pignoratitia actione, haec actio creditorius cuius inter erat, rem surreptam non esse, conceditur, neque obstat, quod dominium per similes contractus, commodati, locati, pignoris, praecarii &c. non transferatur, & hinc dominis, non obstante tali contractu, res suas vindicare variis textibus juris concessum sit, ipsum enim exercitium dominii per tales contractus, ex ipsis domini voluntate quodammodo est restrictum, & actio inde oriens tunc demum valide se exserit, cum aliter ipsis satis fieri non possit, vid. §. 16. Inst. de Obl. que ex Delicto nasc.

THESS. VI.

*res furtiva  
eriam a bona  
fidei possessore  
recte vindica-  
tur.*

*quid sit res  
furtiva?*

Illa tamen quae haec tenus dicta sunt, cessant primo in re absolute furtiva & vi possessa, quæ, sicuti nec à bonæ fidei possessore usucapi possunt §. 2. Inst. de usucacionibus l. f. ff. de vi bonorum raptorum, ita in hisce nunquam rei vindicatio domino deneganda, cum hic contra suam voluntatem detentionem rei amiserit, dicitur autem tum demum res furtiva seu proprie in vitium furti incidere, respectu ejus, cui res subrepta est, vel si ipsi Domino furtum sit factum, ex ipsa furti definitione. Proinde si ei, cui dominus sua voluntate rem concessit, furtum factum sit, ac postea ad bonæ fidei possessorem pervenerit, respectu ipsius Domini talis res non erit furtiva, nec ab eo vindicari poterit, cum talis bonæ fidei possessor fere loco domini sit. arg. l. 48. ff. de acquir. rer. domin. ac domino obstat exceptio, quod ipsi furtum factum non sit, eidemque ab illo, cui ex propria voluntate rem concessit satisfieri possit, ut sic iniquum foret bona fidei posses-

possessorem re privari ab illo , cui alio modo plenissime satis fieri poterat , quod eleganter illustratur in art. 2. tit. 4. p. 2. statutorum Hamburgensium, cuius verba sunt : *Wann ein Gläubiger in seines Schuldener beweglichen Guti / Verpfändung hat / und ihm doch dasselbe in seinen Gewehren gelassen/ der Schuldener aber immittelst/ ehe dann der Zahlungs-Termin kommen / solche verpfändete fahrende Haab verhandelt/ oder in andere Hände gebracht/ so wollen wir das auff den Fall / zu Besförderung gemeiner Handthierung/ und Vermeidung beschwerlicher disputation , der Gläubiger die verpfändete bewegliche Güter von denen Personen / die sie mit gutem Glauben und richtiger Ankunft erlangt/ wiederumb abzufordern nicht befugt seyn soll.* In unbeweglichen Gütern aber soll der Gläubiger/ sich an die ihm verpfändete Güter/ unangesehen/ daß sie in andere Hände transferiret (wofern die rechtliche Gewehr oder præscription darüber nicht verlossen) zu halten unbenommen seyn/secus est si ipse ex cuius custodia res erepta & cui proprius fur- commodata-  
tum factum est, tertium bonaæ fidei possessorem con- vio utilis rei  
veniat, utili scilicet rei vindicatione, huic enim nul- vindicatio  
la exceptio obstabit, nisi à fure ipsi fatisfactum sit, competit  
Secundo, regula de deneganda rei vindicatione re-  
rum mobilium apud alium existentium, cessat in fure  
ac omni malæ fidei possessore, in tantum, ut licet ipse  
dominus rem sua voluntate alteri concessit, ac non ab ipso fura  
ipsi sed ei in quem transstulit, furtum factum sit, tamen Dominus,  
non obstante exceptione, quod dominus alium ha- quamvis ipse  
beat debitorem, res vindicari ab eo poterit, cum ne- furtum fa-  
mo ex sua improbitate ullum jus vel agendi vel exci- lum non sit,  
piendi acquirere possit. rem vindica-  
re potest.

THESE

## THES. VII.

Obst. I.

Cum ergo ita explicatum sit, tam quid proprie  
in allegato Hamburgensium statuto contineatur,  
quam quomodo hæc dispositio, non tantum juri anti-  
quissimo Germanico, sed etiam Romano ac Justi-  
neaneo conveniat, pér consequens dubia circa hoc  
statutum suborientia ex communibus juribus re-  
solvenda esse, facile erit obstantibus &c, illis quæ in  
contrarium moveri possent occurrere, ubi primo se-  
sse offert textus in part. 2. tit. 2. art. 5. Cujus verba  
sunt: Würde aber nun über solchen angewandten  
gebührlichen Fleiß / und in dem Gebrauche darzu es  
ihm geliehen worden / aus unversehenem unglückli-  
chen Zufall/jenig Schade geschehen/ ist der Entlehnner  
zu Erstattung desselben nicht verbunden / es wäre  
dann / daß er solchen Schaden und Gefahr ausdrück-  
lich auff sich genommen / oder das geliehen Gut an  
andere Ort / oder anderer Gestalt / oder weitere und  
längere Zeit denn es ihm geliehen/ ohne des Hinlei-  
hers Wissen und Willen gebraucht hätte. Quo sta-  
tuto innuitur, quod commodatarius similesque qui  
rem alienam acceperunt, de casu fortuito non tene-  
nantur, nisi expresse illud quoque in se receperint con-  
cordat §. 2. in f. Inst. quibus mod. re contrab. obl. 1.9. §. 1.  
1.15. §. 2. 1.33. & 34. ff. locati, cum similibus. E contrario ex-  
plicato nostro statuto dicitur, daß so ferne das geliehe-  
ne Gut demjenigen welchen es geliehen worden/ ab-  
geraubet oder abgestohlen wäre / der Dominus des-  
wegen an denselben welhem er es geliehen oder ver-  
sezt hat / oder so derselbe verstorben an dessen Erben  
sich zu halten habe. Sed hæc apparens contradicatio  
facile conciliatur ex art. 3. ejusdem tit. sc. quod si fur-  
tum

tum simileve damnum commodatario hujus culpa  
contigerit, illum ad ejus resarcitionem obligari, cum  
commodatarius ad omnem etiam levissimam cul-  
pam præstandam obligetur, *dict. §. 2. Inßit. Quib. mod.*  
*re contrab. obl.* secus in locato, pignori dato &c. ubi  
tantum levis culpa præstatur. *I. 5. §. 2. ff. Commodat. I. II.*  
*§. 2. I. 19. §. 1. I. 60. §. 7. ff. Locati I. 18. C. eod. I. 13. §. 1. ff. de*  
*Pignorat actione §. f. Inßit. Quibus modis re contrahitur obl.*  
cui culpæ annumeratur si propter inimicitias cum  
detentore damnum contigerit, ut sic illud wurd eß  
ihm abgeraubet / non tam de rapina hostium aliave  
vi cui resisti non potuit, quam de vi bonorum raptor-  
um intelligendum sit, hoc enim privatum delictum,  
sine vi publica vel privata quæ l. Julia coercetur, tum  
deum commititur, quando quis alteri ex causa  
prætensi debiti aliove juris prætextu, rem aliquam  
privatim auffert & eripit, quod citra aliquam culpam  
possessoris, vix contingere potest, ut sic sensus statuti  
quoad hunc passum proprie hic sit, quod si ab eo cui  
dominus rem concessit, res illa sive justo sive inju-  
sto titulo ad alium venerit, & postea apud bona fidei  
possessorem reperiatur, domino adversus hunc non  
competere actionem, sed illum ejusve heredem à  
Domino conveniendum esse, cui rem concesserat;  
ita tamen ut in expediendo illo negotio respicien-  
dum sit, an talis culpa intervenerit, ad cuius præsta-  
tionem possessor secundum naturam illius negotii  
obligatus erat, secus si per casum fatalem aut vim  
majorem res periret. Ubi haçtenus quidem ille,  
qui titulum ab ipso domino habebat, liberabitur, si  
tamen postea res apud bona fidei possessorem vel  
etiam apud ipsum furem appareat, tenebitur idem

C

ille

ille qui rem à Domino acceperat, & cujus intuitu juxta retro deducta, res in vitium furti incidit, omnem diligentiam adhibere, ad rem recuperandam, & Domino restituendam, quod nisi fecerit, jam de illa negligentia in restituenda re commissa, tenebitur, si vero primus ille cui Dominus rem concescerat ejusve heres, plane conveniri non possint, tunc demum, per supra explicata, Dominus tanquam procurator in rem suam, utilibus actionibus experiri poterit.

### THESES. VIII.

#### Obst. II.

Neque prædictis obstat part. 2. stat. Hamburg. tit. 8. art. 8. cujus verba sunt: Welcher Mann etwas kaufft / der soll sich vorsehen / und eigentlich wahr nehmen was und von wem er kaufft / dann wenn ein Gut gestohlen/ geraubet und abgetragen ist / und der rechte Herr desselbigen kommt / und glaube würdige Anzeige thut / das solches Gut sein gewesen und noch sey. So mag er dasselbe mit Vorwissen des Richters ohne alle Entgeltnuß und Bezahlung des ausgegebenen Kauf- Geldes / wiederum an sich nehmen / und soll der Käuffer / wofern er umb den Diebstal und Betriegung gewußt / mit gebührender Straffe belegt werden. Quo textu confirmari videtur, Domino, rei vindicationem, etiam contra justo titulo possidentem, non denegari, sed tantum hanc distinctionem adhibendam, ut si bona fide ab eo quem dominum esse credebat rem comparaverit, præter restitucionem rei non teneatur, si vero conscius vitii rei fuerit, tunc insuper quoque puniri possit. Ast cum su-  
pra

prædandum sit, rem' furto ablatam, vitio furti affici  
proprie respectu ejus, cui furtum factum est, & non  
respectu domini, qui alium ad satisfactionem illius  
rei nomine obligatum habebat, ac bono interpreti  
incumbat, legem ex lege ita interpretari, ne una al-  
teri contradicat, facile colligitur, hunc articulum 8.  
de illo tantum casu loqui, ubi furtum ipsi domino fa-  
ctum, quod innuunt verba, daß solch Gut sein gewe-  
sen und NB. noch sey. Ita scilicet ut ipsius dominium  
nulla concessione in alterum factâ restrictum sit;  
Hoc enim si contigerit, juxta supra explicatum arti-  
culum 7. tit. 2. ille cui res concessa est, propter obliga-  
tionem, qua talis possessor domino ad satisfactionem  
obstringitur, ille loco domini habendus erit, ut etiam  
repetitio ejusdem rei juxta hunc art. 8. utili rei vin-  
dicatione eidem competat, hoc sensu, daß er ex vo-  
luntate domini, deme solch Gut zugestanden und an-  
noch zustehe / dasselbe in seinen Wehren gehabt / und  
es ihm also abgeschlungen / geraubt oder abgetragen  
seye / und es folglich mit des Herrn willen ihm wie-  
der restituiret werden müsse. Licet enim domini-  
um per commodatum similesve contractus, qui ge-  
nerali nomine des Leyhens comprehenduntur non  
transferatur, ac ideo res, Domino suo ex contractu  
restituenda sit, tamen respectu tertii, dominus, de-  
tentoris fidem fecutus, interim omne jus nomine  
ipsius domini vindicandi, & rem juxta contractum  
habendi, in hunc transtulisse videtur, ut eandem  
non nisi ex manu ejus cui illam rem concessit pe-  
tere possit, ut sic ultimus hic textus ex priori textu

limitatus, nullam contrarietatem cum eodem con-  
tineat: præprimis quod cum priori textu concor-  
det. *Landrecht art. 64. tit. van gelehnden Güdern*  
*verb. Wer den andern was lehnnet/ de schall ehme dat*  
*wedder afeschen/ (i. e. abfordern) wente Handshall*  
*Handwahren.* Jus etiam Saxonum antiquum  
quoad omnia fere verba cum eo conveniat, vid.  
*Spec. Saxon. Lib. II. Art. 60.*

### THES. IX.

*Objt. III.*  
*ex jure civ.*  
*Romano*

Nec porro obstat, quod dominus rem suam à  
quocunque possessore vindicare possit l. 9. l. 23. 41.  
ff. de rei vind. §. 1. *Inst. de actionib. l. 25. ff. de Ott. &*  
*A. l. 14. §. ult. de Except. rei jud.* Hoc enim primo no-  
torie limitationem recipit, si res nostræ ab illis de-  
tineantur, qui nostra voluntate nostroque nomine  
rem habent, uti hoc prolixè probat *Bachov. de Act.*  
*Disp. II. Tb. 15. vid. Strub. Syntachm. J. C. Exerc. XI. Tb.*  
*10. Quod jus in similes personas translatum ad il-*  
los non immerito extenditur, qui in horum locum  
successerunt, & cum sit difficilis probatio dominii,  
commodior vero actio ex contractu, per quam do-  
minus qui rem alii concederat, quicquid ipsius  
interest facilius consequi potest, non deneganda  
erit bona fidei possessori (qui forte re amissa nul-  
lum haberet regressum) exceptio innoxiae utilita-  
tis, seu quod idem est, illud quod tibi non prodest,  
alteri vero nocet, non concedendum, cum & do-  
minii effectus alias competentes, si quis citra uti-  
litatem suam alicui officere velit, denegentur  
*l. 37. ff. de R. V. de Cætero vero, regula illa, de non*  
*con-*

concedenda rei vindicatione contra bonæ fidei possessorum, jamdum restricta sit, si domino aliter satisficeri non possit, ac omnes textus, sub hac distinctione ac limitatione, in ipsa æquitate fundatis, optimè conciliari ac intelligi possint, aut sese ad immobilia referant, in quibus rei vindicationem omnibus casu domino manere salvam, nostram vero decisionem, ac statutum expositum, tantum in rebus mobilibus locum invenire, supra ad interpretationem simplicem dicti Statuti monitum est.

THE'S, X.

Neque absonum & à ratione juris abhorrens *Obst. IV.*  
cuiquam videri debet, quod illi, cui dominus rem concessit, si eidem rei furtum factum sit, & jam ad alium bonæ fidei possessorum venerit, utilem rei vindicationem concederimus, quamvis hic inconfesso dominus non sit, cum in aliis casibus non infrequens sit, ut non dominus, dominum tamen quasi repræsentans, utilem rei vindicationem instituere possit. *vid. Struv. dict. Exerc. tb. inf. tb. 6. in fine*, quo sic hujus adjutorio rem tuam consequatur, quod innunt verba statuti, *Hand soll Hand-Wahren* & licet *I. 5. & I. 6. C. d. pignor. act.* dicatur illum qui rem pignori accepit, domino non teneri si rem sine culpa *Obst. V.* sua amiserit, tamen illud non alium tensum habet, quam si res pro perdita habeatur, & non appareat ubi illa sit; si enim Dominus eandem postea à tertio bonæ fidei possessore vindicare velit, hic ipsi

merito exceptionem ordinis & excusionis oppo-  
nit , non minus ac postessori pignoris , contra jus  
reale hypothecæ , eadem exceptio competit , ut sic  
ille qui rem à Domino accepit , postquam appareat  
ubi illa res sit, si illam repetrere & Domino restituie-  
re detrectet , jam ex nova culpa iterum conveniri ,  
nec se exceptione judicati tueri possit; cum proprie  
ab eo tantum absolutus sit , quod non teneatur , pro  
re perdita & non apparente satisfactionem præsta-  
re ; sicut enim per hoc non liberaretur ab ipsius rei  
restitutione, si rem iterum consecutus esset , sic æque  
non liberabitur , si illam confequi detrectet .

THE S. XI.

Obst. VI.

Sed dictis admodum videtur obstare 1. 9. ff. de  
R. V. ubi in fin. dicitur , ab omnibus qui rem tenent , &  
babent restituendi facultatem rem peti posse; cum  
in dict. l. in pr. additum fuerit , nec ad rem pertinere ,  
ex qua causa reus possideat ; ut sic hisce clare dispo-  
situm videatur , Domino omni casu facultatem com-  
petere , res suas à quibuscumque etiam bona fidei  
possessoribus vindicare . Verum cum in allegato  
textu non explicetur , à quo rei vindicatio sit insi-  
tuenda , sed tantum contra quem illa locum inveni-  
at , & sic ibidem ditpositum sit , ab omni , qui restituendis  
facultatem habet , rempeti posse , dummodo pos-  
sessor auctorem non posit repellere valida exceptio-  
ne; utpote quæ limitatio in pr. dict. i. expresse additur ;  
nihil ex hoc textu , supra traditæ opinioni contra-  
rium

rium , inferri poterit , potius cum in eodem **textr**  
dicatur , quod ab eo apud quem res deposita est , vel  
commodata , vel qui conduixerit , aut qui legatorum  
servandorum causa , vel doris , ventrisque nomine  
in possessione esset , vel cui damni infecti nomine  
non cavebatur , ( si sc. haec exceptiones in facto ipsius  
actoris ejusve heredis se fundent ) vindicari non  
possint , ex ratione , quod hi respectu Domini agen-  
tis non posideant , sed tantum in hujus possessio-  
ne sint ; si tamen juxta verba finalia *dict. i.* tales  
etiam posideant , hoc est , pro suo & animo sibi hab-  
bendi rem tenere , ac actori dominium quod præ-  
tendit negare incipient , vel ab alio quam a quo rem  
acceperunt , & in cuius possessione sunt , convenian-  
tur , tum etiam ab his , quamdiu restituendi facult-  
atem habent , rem recte peti posse : manente tamen  
limitatione in *pr. dict. i.* adducta , quod si actori aliqua  
exceptio objecta non fuerit : unde ex hac lege ita  
inferendum , quod si vindicationem instituens , do-  
minium ipsi negatum probaverit ; possessori qui  
restituendi facultatem habet , nullus titulus vel bo-  
na fides prodeesse debeat , quo minus ab eo res illa  
recte petatur , si domino vindicanti non objecit ali-  
quam exceptionem ; talem scil. quæ licet jam do-  
minium probaverit , tamen ipsum repellat ; E con-  
tra vero , si vindicanti objiciatur , tu propria volun-  
tate eandem rem alii credidisti , contra quem illius  
rei nomine actio tibi est salva , ut plenissime tibi fa-  
tisfieri possit , haec que exceptio dilucidis argamen-  
tis probaretur , & sic talis possessor , qui rem justo titu-

Io tenet, jam loco domini esset, p.l.48. d. acquir. rer.  
dom. tunc sane actori ex d.l.9. d.R.V. nullum rema-  
nebit præsidium: ut sic inconcussa adhuc maneat  
nostra decisio, illi qui convictus est, propria vo-  
luntate detentionem rei dimisisse, seu possessionem  
rei ex contractu alteri concesisse, cuius fidem pro  
recuperanda illa re est secutus, contra tertium pos-  
sessorem rei vindicationem non competere; nisi  
quatenus manifesto ipsi alio modo satisfieri non  
possit: utpote quam limitationem supra admisi-  
mus.

THFS. XII.

*Quid obtine-  
at in rebus à  
patre vel tu-  
tore in aliqum  
translati* Illud adhuc notandum, quod in deneganda Do-  
mino rei vindicatione apprime quidem respicien-  
dum sit, an ipsius Domini proprium factum inter-  
venerit, in quo alter exceptionem suam fundet, hanc-  
que suam exceptionem reus legitime probaverit,  
quod innuunt verba statuti, welcher Mann sein Gut  
aus seinen Wehren lässt mit seinem Willen: pro-  
inde si alius quam ipse Dominus citra hujus volun-  
tatem res ejus apprehenderit & in alios transtulerit,  
nullum dubium erit, quin exinde domino nul-  
lum oriatur impedimentum, quo minus res tuas,  
etiam à bone fidei possessore, vindicare possit, nisi  
transferens vel ex mandato generali, vel ratione  
officii aut juris sibi competentis legitimus admtni-  
strator illorum bonorum fuerit. Si enim Pater li-  
berorum adventitia vel Tutor aut Curator pupillo-  
rum aut minorum bona mobilia in alios transtu-  
lerint, aliisve usum illorum concesserint, licet citra  
libero-

liberorum seu dominorum voluntatem , tamen ex  
prædicto facto patris vel tutoris , liberis & pupillis  
deneganda est rei vindicatio , quamdui ipsis actio con-  
tra patrem & tutorem est salva , vel ipsa alienatio  
doli argui non possit ; tum quod ipso jure & ex  
imperio Magistratus , talibus administratoribus res  
illæ fuerint concreditæ , daß sie dieselbe in ihren W. h-  
ren gehabt / ita ut lex & imperium Magistratus , defi-  
cientem in ipsis Dominis consensum , suppleverit ,  
& sic idem fuerit ac si ipsis Domini res illas fidei  
ipsorum commiserint , ut prædicta decisio locum in-  
veniat ; tum quoque quod tutores & curatores res  
pupillorum mobiles valide alienare queant : l. 22. C.  
d. adm. tut. l. 1. C. d. fid. & jur. b. f. s. c. Quod multo ma-  
gis in patre , jure patriæ potestatis liberorum bona  
administratorante , locum inveniet ; & ideo de hisce alie-  
natis , pristinis Dominis , tantum adversus patrem vel  
tutorem aut curatorem , actio negotiorum gesto-  
rum , tutelæ vel utilis tutelæ competit ; Hæc tamen  
quæ de rebus à parentibus vel tutoribus alienatis di-  
cta sunt , locum non habent , in facta alienatione im-  
mobiliū , cum enim illa , sine legitima causæ cogni-  
tione & interposito prius decreto , alienari nequeant ,  
& sic ratione horum & officii ratio & ipsa lex , repu-  
gnet , ne ad alium in præjudicium ipsorum dominio-  
rum transferantur , l. 5. §. 9. & 12. l. 7. §. 3. ff. reb. eor. qui  
sub tut. vel cur. sunt , sine decr. non alien. l. 2. l. 6. l. 11. cum  
seqq. & tot. tit. C. d. pred. & at. reb. min. fin. decr. non  
alien. ideo nihil hic obstabit , quo minus res ira in alios  
citra voluntatem dominorum translatae , ab his vin-  
dicari possint . l. 14. ff. dict. tit. quana vindicationem  
non impedit , si vindicantes liberi , heredes patris

D

existe-

existerint, & inde obstricti sint hujus factum præstare, eo quod ut heredes actione ad evictionem teneantur, tot. tit. d. exc. rei vend. & trad. illa enim actio ad evictionem, tum demum locum invenit, ubi negotium validum intervenit, & contractus non est ipso jure nullus; quia hæc actio de evictione præstanda, est ipsa actio ex contractu, vid. Struv. Synt. jur. Civ. Exercit. 27. th. 18. quæ sublato contractu, aut eo declarato nullo, non competere potest, cum non entis nullæ sint affectiones, & nemo suo contractu promisisse videatur, ne leges in eo locum habeant. Si tamen Pater rem pro sua vendidit, & emptori nihil imputari possit, quod eandem ad vendoris heredes pertinere ignoraverit; tunc actio ad evictionem emtori erit salva, & propter hanc Rei vindicatio contra bonæ fidei possessorem non competit. vid. Struv. dict. tract. Exercit. 23. th. 57.

Hæc pro enucleando allato Hamburgensium statuto, & occasione ejus, examinando jure communi, festinanti calamo notasse sufficiat, in quibus quo ad jus commune plerosque contradicturos præsumo, quos tamen hisce instanter imploro, velint sine præjudicio autoritatis & præconcepta opione, aliae mentis præoccupatione rem iterum ruminare, ac considerare, quam variae exinde possint oriri iniuritates & collusiones, si illi qui rem mobilem sponte alii concessit, ab eoque ejus rei nomine ipsi abunde satisfieri debet, hunc non convenire, sed rem ab alio tertio innocentem ad quem postea res peruenit vindicare velit, quod in conflictu pluribus casibus demonstrabo si tamen nihilominus, hæc inquam erronea videantur, huic meliora amice demonstranti faci-

facile palmam dabo , hoc pro fructu hujus disquisitionis reputans, si per hanc ansa data fuerit , in iustitiam antiquissimarum legum germanicarum penitus inquirendi. Interim Benevolum Lectorem optime valere precor. Deo vero semper sit laus & gloria.

## COROLLARIA.

I.

Juramentum metu extortum obligat in conscientia.

II.

Qui olim per errorem cerevisia baptizatus erat, non præcise denuo aqua baptizandus erit, nisi quantum ipse ob conscientiæ scrupulum hoc postularet.

III.

Justum injuste sæpius pronunciatur , & ab aliquo exigitur.

IV.

Rei simplicis furti, quamvis aliquoties reiterati, injuste laqueo puniuntur.

V.

De internis non judicat ecclesia, imo non de externis, cum de his judicare imperanti conveniat.

VI.

Patria potestas est meri juris civilis , nec in plebejo locum habet.

VII.

Matrimonium inter Judeam & Christianum & vice versa, non est per se illicitum vel nullum.

D 2

VIII.

VIII.

De moderamine inculpatæ tutelæ judicare, difficile  
nec raro ultra posse judicis est; cum externa ne-  
cessitas defensionis hic non sufficiat.

IX.

Thesaurus, à mercenariis in alterius opere in ven-  
tus pro parte dimidia in ventori non cedit, sed  
totus ejus est cuius est fundus.

X.

Cogitationis pœnam nunquam aliquis luit, nec ta-  
men actus externi pœnae subjiciuntur.

XI.

Juvenis bonæ indolis & ingeniosus, breviori via sine  
magna librorum copia ad veram sapientiam re-  
venire potest, quam Doctor aut Magister ingenti  
librorum apparatu instructus.

XII.

Mala non sunt punienda aut coercenda quia mala  
sunt, sed quod bona necessaria conserventur, aut  
substituantur, de qua si magistratus moralem cer-  
titudinem non habet, etiam illud quod malum est  
haetenus tolerare debet.



ULB Halle

003 892 832


3



f

Sb.





xvi. Pri. 7. num. 8.  
6. DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE 1703 5612

# REIVINDICATIO- NE CONTRA BONAE FIDEI POSSESSOREM NON COMPE- TENTE,

Ad art. 7. Tit. 2. Part. 2. Statut. Hamburgens.

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO**  
**WILHELMO,**  
REGIAE STIRPIS PRINCIPE ET MARCH-  
BRANDENB.  
SUB PRÆSIDIO  
**DN. HENRICI BODINI,**  
REGIMIN. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. CONSIL. GRAVISSIMI  
ET PROF. JUR. CELEBERRIMI,  
**PRO LICENTIA**  
Summos in utroque jure honores capessendi  
d. Jun. MDCCIII.  
IN AUDITORIO MAIORI,  
horis ante & pomeridianis  
publicæ eruditorum disquisitioni subjicit  
**NICOLAUS von Spreckelsen**  
Hamburgensis.

HALÆ, Typis IOANNIS GRYNERI, Acad. Typogr.

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZYHALIE